



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An debeat Confessionem priorem repetere qui oblitus fuit peccati mortalis.
n. 127.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

star stabularij plateam percurreris ; hæc enim omnia mala ac immodesta sunt : indagare ergo & te oportet speciem cogitationum, actionumque tuarum, an scilicet fuerint carnales, vindicativæ, iracundæ, &c. an actiones contra castitatem, humilitatem, &c.

CONFERENCE IV.

Quidam confitetur, se in priori Confessione oblitum trium fornicationum, unius adulterij, & duarum ebrietatum, quærit itaque, an debeat totâ priorem Confessionem repetere, &c. Si hæc oblivio contigerit ex defectu sufficientis examinis, omnino repetendam fore priorem Confessionem, ac insuper negligentiam, quæ fuit causa sacrilegæ Confessionis. Ratio est clara, quia omisit id, ad quod sub peccato mortali obligabatur, utpote se examinare diligenter omisit confiteri ea peccata, quæ tenebatur confiteri : ergo confitendo peccavit mortaliter, fecitque Confessionem irritam ac nullam adeoque obligatur non tantum confiteri peccata oblita, sed etiam confessa, & insuper obicem invalidæ Confessionis, quæ fuit negligentia examinis conscientiæ requisiti. Sed quid. CONFERENCE V.

Si quis post diligens examen oblitus fuerit unius vel alterius peccati mortalis, an & talis teneatur repetere priorem Confessionem saltem alteri Confessario factam ? Ratio dubitandi est ; quia *Conc. Trid. sess. 24. c. 5* dicit :

F

Esa

127.

123.